4602	Astyages aut Astibarus ultimus rex Medorum post quem Persis regnum traditur.	597
	Massilia Galliæ ciuitas à Phocensibus conditur	
	Europs Macedonum rex.	
4609	Hierusalem cum templo subuertitur.	598

Daniæ regnum circa hæc tempora Dan quidem auspicatus est primo, cui Humblus & Lotherus filij succedunt.

QVINTA ÆTAS.

Quinta mundi ætas hinc ad natiuitatem usque Christi Iesu durat, & continet apud omneis communiter 5 8 9 annos, licet nonnulli duos superaddunt.

4611 CAPTIVITAS, seu transmigratio Babylonica, fit regni Zedecciæ anno decimo. 588

Godolias Chaldæus præficitur Hierosolymis.

4620 Seruius Tullus Romanorum sextus rex. 579

Nabuchodonesor undecimus, Chaldæorum quartus rex.

Daniel uir desideriorum claret.

Crœsus nonus & ultimus Lydorum rex ditissimus, qui subacta Græcia post decimumquintum annum à Cyro deuincitur.

Anaximander philosophus & Æsopus fabulator florent.

Pisistratus Atheniensis tyrannus, in Italiam transgreditur.

4640 Cyrus primus regnum in Persia augustissime inchoat, tenetq; id annis triginta. 559

4650 Tarquinius superbus, septimus & ultimus

rex apud Romam fit.

Malachias, Aggeus & Zacharias prophetæ, cum Sibylla Hellespontiaca florent.

4656 *Balthasar quintus Chaldæorum rex.*

Darius frater Astyagis Medorum regis, opera Zopyri Babylonios destruxit.

Miltiades Atheniensis dux ad Marathonem, Thamyris Scythiæ ac Massagetarum regina, Cyrum superat.

4670 *Cambyses post patrem Persarum secundus rex; hic Aegyptum subegit.* 529

Ioachim summus Hebræorum pontifex.

Iudith Iudæa Holophernem obtruncat.

4680 *Darius Longimanus, post Smerdim quartus Persarum rex.* 519

4682 *Zorobabel princeps & Iesus Iosedeh sacerdos templum Hierosolymis restaurant.*

Pindarus Thebanus poeta, Neemias Hebræus propheta & Lucretia Romanæ pudicitiæ flos clarent.

4688 *Lucius Iunius Brutus ac Lucius Collatinus, primi consules Romæ creantur è Plebe.* 511

Circa hæc tempora Gabriel angelus Messiam Christum post septuaginta hebdomadas prædicit uenturum in Babylone.

Horatius Cocles Romanus, Porsenaq; rex Hetruscorum florent.

Trecenti Fabij à Veientibus occiduntur.
4712 Alexander Macedoniæ decimus rex.
Tribunatus officij inter Romanos prima institutio 494
Democritus Abderites ridet.
Heraclitus et Diagoras philosophi clarent.
4714 Xerses Persarum quintus rex. 485
Themistocles & Aristides Atheniensium Pausanias Spartanorum duces.
Eliazaphar Hebræorum summus pontifex.
[illegible] Pericles Atheniensis, rogatu Aspasiæ, uxoris [illegible]
Samum expugnat.
Euripides, Sophocles, Aeschilus poetæ ac Zeusis pictor apud Grecos florent.
[illegible] Artabanus Persię rex sextus, mensibus tantum septem. [illegible]
Dunuallus rex Britanum. [illegible]
Gothermus Daniæ rex.
4735 Archelaus Macedonum rex.
Artaxerses Longimanus rex Persarum septimus 464
4743 annis quadraginta.
[illegible] Lex decem tabularum Romæ à Decemuiris [illegible]
promulgatur.
Bellum Peloponesiacum in Grecia geritur.
4751 Phydias statuarius claret.
Aediles primum Romæ creantur. 448
Ezras propheta, Anaxagoras, Empedocles, Melissus philosophi, Herodotus, Thucidides

historici, Aristophanes poeta florent.
4760 Hippocrates Cous, medicinæ pater.
Leo stoicus & Socrates philosophi.
Xerses rex Persarum octauus mensibus duobus.
Sogdianus Persarum rex. menses octo.
Sub hoc tempus Scythæ, qui postea Sycambri, tandem Franci dicti sunt, primum in Germaniã aduenere.
4775 Darius Nothus decimus rex in Persia annis uigintinouem. 428
Lacedæmonij & Athenienses confederantur.
Eudoxus astrologus & Geometer.
Dionysius Syracusanus tyrannus bellicossimus.
4790 Iudas Hebræorum pontifex summus.
Alcibiades imperator & Philosophus Athen.
4795 Artaxerxes II. cognomento Memnon, uel Asuerus rex Persarum undecimus. an. 40. 404
Camillus Rom. Faliscos & Veios superat.
4805 Hester Hebræa in reginam assumitur. 394
Isocrates orator, Plato diuinus, Epicurus uoluptuarius, Diogenes cynicus, Xenophon philosophi, Megasthenes Persarum historicus, Chœrilus poëta &c. florent. 390
4809 Senones non Galli, sed Suei Germani Romam præter Capitolium inuadunt: Brenno rege ipsorum duce. 380
Ros Kildia ciuitas Sialandiæ à Roë Danorum

undecimo rege extruitur.
Lysander Lacedæmon Athenas subiugat.
Epaminondas Thebanorum
Callias. } Attici
Conon
Agesilaus Lacedæmoniorum. } duces.
4830 Mediolanum conditur à Germanis. 369
Nectanebus ultimus rex Aegyptiorum.
Nothbrodus Sueciæ rex.
Camillus in Galliam Germanos fugat.
4835 Artaxerses tertius qui & Ochus, rex duodecimus in Persia. an. 26. 364
Arthemisia regina Mausoli uxor claret.
Philippus Amynthæ filius, uicesimus tertius rex Macedonum, qui solus Thraciam, Thessaliam, Armeniam &c. obtinet clariss.
4856 Ioannes Hebræorum pontifex.
Demosthenes orator, Aristoteles, Xenocrates philosophi florent.
Herostratus templum Dianæ in Epheso succendit.
4861 Titus Manlius Torquatus & P. Decius Consules Romæ fiunt.
Alexander Epyrotarum rex in Italia occiditur.
Lucius Papyrius Cursor aduersus conspirationem Samnitarum dictator Romæ eligitur.
4661 Arsanus uel Narses rex Persiæ. anno. 4. 338

4854 Alexander Magnus, post patrem uicesimus quartus Macedonum rex, orbem iuuenis subigit.

C. Memmius Forum Romae rostra appellari fecit deinceps.

4865 Darius decimusquartus & ultimus Persarum, à quo Graecorum postea inualescere coepit imperium. an. 6. 334

Agathocles Syracusanorum tyrannus.

Philotas angelus rex ciliciae.

Callisthenes, Demas philosophi, & Philippus medicus clarent.

4879 Alexandria Aegypti extruitur. 320

Pyrrhus Epyrotharum rex inuictissimus.

Alexander moriens regnum suum inter duodecim socios suos partitur.

Theocritus poëta floret in Sycilia.

4887 Ptolomeus Lagi filius rex fit Aegyptiorum. 312

Philippus Arideus Alexandri frater quintus & uicesimus Macedonum rex, qui Monarchiam apud Graecos habuit septem annos.

Seleuchus in Babylonia regnat.

4889 Onias summus Hebraeorum pontifex.

4892 Antigonus Philippi filius in Asia regnat pri.

4894 Cassander et Lysimachus socij reges Macedonũ. 305

Machabaeorum historia incipit hoc tempore apud Hebraeos.

4898 C. Fabricius & Q. Aemilius Consul Romae.

Anni mundi.		An. ante Christū.
	Moruidus Britanniæ } *reges.*	
	Hotarus Daniæ	
	Gelderus Saxoniæ.	
4900	*Simon cognomine Priscus Hebræorum pontifex,*	
	Demetrius Poliorcætes secundus Asię rex.	
	Tonsores primum è Sycilia P. Ticinius Romam adduxit.	
4903	*Antigonus & Alexander in Macedonia regnant simul.*	296
	Theophrastus peripateticus, & Demetrius Phalereus philosophi florent.	
4906	*Demetrius uicesimusoctauus rex Macedonum.*	293
	Menander & Philemon poëtæ clarent.	
	Mago Carthaginensium dux pater Asdrubalis.	
4912	*Pyrrhus nonus & uicesimus Macedonum rex.*	287
	Appius Claudius consul primus Carthaginensibus bellum intulit & uicit.	282
	Lysimachus II. Maced. rex tricesimus in Græ.	
4922	*Eleazar summus Hebræorum pontifex.*	277
	Meleagrus post Ceraunum rex Macedoniæ.	
	Ptolomeus Phyladelphus secundus rex Aegyp.	
	Aristophanes grammaticus, Zoilus Homeromastix Alexandriæ degunt.	
4929	*Septuagintaduo sacræ Byb. interpretes clarent*	270
	Argenteus nummus primum in urbe figuratur.	269
	Antiochus Sother Syriæ & Asiæ rex.	
4932	*Antigonus Gognas post Sosthenem & Anti=*	267

patrum, quintus & tricesimus rex, Macedonum
4941 M. Regulus & L. Manlius consules, Hamilcarem Hannibalis patrem uicerunt. Estq; hoc secundum bellum Punicum.
Basanus rex Sycambrorum, & tandem deus in Germania fulget.
Antiochus Theos tertius Syriæ rex.
Crisippus, Strabo philosophi, Aratus poëta & astronomus in Græcia florent.
Horuuendillus decimusnonus Daniæ rex.
4958 Manasses Iudæorum pontifex. 241
4965 Ptolomeus Euergetes tertius Aegypti rex.
Arsaces primus rex in Parthia fit.
4966 Antiochus Galerius, siue Seleuchus Gallicinus. 233
Asiæ & Syriæ rex quartus.
Berenicis reginæ coma in cœlum à Conone mathematico relata hoc tempore putatur.
4967 Onias secundus Iudæorum pontifex.
L. Cornelius Lentulus, & Fuluius Flaccus consules Romani.
Demetrius tricesimus septimus Macedonum rex 231
4968 decennio.
Hircanus & Simon pontifices Iudæorum.
Eldanus Britanniæ } reges.
Virido marus Galliæ }
Seleucus Ceraunus Syriæ quintus rex. 214
Iesus filius Syrach Hebræus librum Ecclesia-

Anni mundi.		An. ante Christi.
	filiam componit, ut fertur.	
4987	*Antiochus Magnus Syriæ rex sextus.*	
	Ptolomeus Philopater quartus Aegyptiorũ rex.	
4992	*Philippus post Antigonum Macedonię rex annis quadragintaduobus.*	207
	Hannibal Carthaginensium imperator.	
	M. Claudius Marcellus, Fabius Maximus, & M. Liuius Salinator ciues Romani hac tempestate fulgent.	
5000	*Onias magnus Hebræorum pontifex.*	199
	Arsiceras rex Sardiniæ.	
	Archimedes geometer, Aristobolus peripateticus philosophus & Iudæus, Erasistratus medicus clarent.	
	Attalus primus rex Pergami.	
5008	*Ptolomeus Epiphanes quintus rex Aegypti.*	191
5009	*Romani deuictum ad Thermopylas Antiochum tributarium fecere.*	
	Plautus, Neuius, Ennius poëtæ Latini, ac Panetius philosophus florent.	
	Gemmarum luxuria primum deuicta Asia Romam illata est.	
	Scipio Scipionis filius, & Scipio Nasica, Romæ uiuunt clarissimi ciues.	
	Bladebreus Britanniæ, Vuermundus Daniæ, Athislus Sueuiæ — reges	

Ptolomeus Philometor sextus Ægypti rex.
5011 Philo sapiens Iudæus, Nicander Græcus poeta, 178
& M. Portius Cato Romanus florent.
Gotti ac Dani Saxoniæ regnum uastant.
Hannibal apud Prusiam Bithiniæ regem ueneno perit. 181
5032 Antiochus illustris septimus Asiæ & Syriæ rex qui Hierusalem cœpit ac templum prophanauit.
5034 Perseus ultimus Macedonum rex. 165
Mathathias Hebræus sacerdos claret.
Iudas Machabæus cum fratribus occiditur.
Anthiochus Eupator nonus Syriæ rex.
Massimissa Numidiæ rex.
5045 Paulus Æmilius Romanorum consul, cum Isacho angelo fratre, Macedoniam subigit, ex quo Oligarchia et imperiũ Romanorum augeri cœpit plurimũ. 154
Demetrius Sother decimus Syriæ & Asiæ rex. 150
5049 Tertium bellum Punicum & excidium Carthaginis per Romanos. 134
Tyberius Gracchus tribunus plebis legem agrariam Romæ promulgat.
Bellum Numantinum Romani inchoant. 135
Ionathas dux fit Iudæorum.
5067 Ptolemus Euergetes septimus Alexandriæ rex in Ægypto. 152
Terentius Carthaginensis, & Pacuuius poetæ comici apud Latinos.

Anni mundi.		Anni ante Christum
	Ioannes Hircanus dux, & pontifex Iudæorum.	
5071	Antiochus Gryphus rex Syriæ decimus quint.	128
5069	Ptolomeus Physcon octauus rex in Ægypti Alexandria.	
	C. Marius Cimbros ad Rhodanum, cum rege ipsorum Teutobocho uicit.	99
5104	Bellum Iugurthinum Romani in Africa sedant.	
	Aristobolus princeps & sacerdos Iudæorum.	
	Lucius Cassius Romanus à Tigurinis Germanis deuincitur.	
	Florentia Hetruriæ urbs à Syllanis conditur primum.	90
	Manlius & Seruilius Cæpio proconsules à Germanis trucidantur.	
5113	Ptolomeus Alexander Ægypti nonus rex.	86
	M. Varro Latinæ linguæ pater; item & Cato Stoicus florent.	
	Aquilius bellum seruile in Sicilia compescit.	
5117	Philippus ultimus Syriæ & Asiæ rex, sub quo regnum in Romanorum ditionem per Gabinium consulem transfertur.	82
	Hugletus Daniæ / Cassander Sicambrorum / Borbista Gottorum } reges.	
	Sociale bellum contra Romanos, exurgit in Italia.	79
5121	Ptolomeus Sother à matre eiectus recuperat	

regnum Ægypti denuo.
Londinum Brittaniæ urbs ædificatur primum
Bellum ciuile contra patriam Sylla excitat.
Mithridates Ponti & Parthorum rex, uiginti 72
duarum linguarum peritus, à Romanis tandem
superatur.
5132 Ptolomeus Dionysius undecimus Aegypti 67
rex.
Alexandria Iannei uxor principatum in Iudæa
post mariti mortem obtinet nouem annis.
Artabazes Armeniæ rex doctissimus.
5139 Cathilina seditiosus in agro Pistoriensi à Caio 60
Antonio bello perimitur.
M. Crassus Syriæ à Romanis præficitur.
Hircanus ultimus Iudæorum pontifex.

Areta Arabiæ Orodes Parthiæ Deiotarus Galatiæ Ariouistus Germaniæ Cassibelianus Brittaniæ	reges.

5141 Pompeius Maximus Romanorum imperator 68
appellatur.
Claruerunt hoc tempore Lucretius, Catulus poetæ, M.T. Cicero, Salustius, Diodorus, Sicul.
Metridates, Aristodemus philosophi & oratores luculentissimi.
5145 C. Iulius Cæsar consul Romæ fit. Is primus 56

Germanos trans Rhenum armis aggressus est, atq; annum ad cursum solis accommodauit.
Cleopatra Ægypti regina luxuriosissima. 49
Dioscorides herbarius floret.
5151 C. Iulius Cæsar singulare apud Romanos inchoat imperium, perpetuusq; fit dictator quod obtinet annis quatuor & mensibus septem, tandem in curia Pompeij uiginti tribus plagis confoditur. 48
Cassius Romanus capta Iudæa templum spoliat Hierosolymis. 42
5158 Octauianus Augustus Cæsar secundus Romanorum imperator fit, mense Augu. Is regnat annis quinquaginta sex mensibusq; sex, & tandem Nolæ moritur septuagenario maior. 41
Vergilius, Horatius, Macer, Manilius, Tibullus poetæ. Antonius Musa medicus florent.
Francus Antharij filius Sicambrorum rex fit, à quo gens hæc Francica dici postmodum cœpit
Fridleuus Daniæ uigesimus nonus rex. 37
5169 Herodes alienigena à Romanis principatum, in Iudæa obtinet. 30
Sibylla Tiburtina in Italia fulget.
Bellum Actiacum contra M. Antonium confiatur. 28
Lugdunum Galliæ ciuitas conditur hoc tempore.
Cornelius Gallus, Ouidius poetæ. T. Liuius &

Valerius maximus, Cornelius nepos, Strabo historici florent.

5180 Anna Ioachimo copulatur apud Iudæos. 19

Arminius rex Cheruscorum treis legiones Romanas cum Varo Quintilio in Germania occidit.

5181 Maria uirgo nascitur in Iudæa. 18

Germani inter Albim & Rhenum à Tiberio Nerone debellantur. 6

Porus Indiæ potentissimus
Baccho Pannoniorum
Gestiblindus Gottorum
Frotho tertius Daniæ
Ericus Sueciæ
Nithingus Noruegiæ
Kimbellinus Britonum
Veromirus Batauorum

} reges.

5198 C. Lentulus & M. Messala consules Romæ creantur, super quibus Ianus est clausus mundusq́; descriptus, cuius rei gratia Quirinus in Iudæam primo mittitur. 1

SEXTA ÆTAS.

Sexta mundi ætas à natiuitate Christi seruatoris & Messiæ ueri incipit, duratq́; ad finem usque et consumationem omnium sæculorum.

5199 IESVS CHRISTVS Saluator hominum nascitur in Bethleem Iudæ, octauo calendas Ianuarij, imperij Augusti quadragesimo secundo anno, qui erat à mundi principio secundum Hebræos & Bedam 3952: secundum Eusebium 5199: secundum Orosium 5200: secundum Isidorum 5210: iuxta uero Astronomos 5328: denique iuxta Alphonsi erat 6984 annus. 0

5204 Archelaus Herodis filius Iudæos regit, 5
Marocudus post Vannium Sueuorum
Herimerus post Cogionem Francorum.
Ingrauius post Boamundum Bauarorum.
Gandestrus Cattorum in Germania } reges.

Herodes Antipas Galilææ præficitur, incipitq; regnum Iudæorum in Tetrarchias scindi. 14

5214 Tyberius Cæsar tertius Romanorum imperator regnat uiginti tribus annis, obijt in uilla Lucullana Campaniæ. 15
Phraortes Indiæ
Bardasanes Babyloniæ } reges.

5224 Pilatus Pontius Iudææ præficitur. 25

5228 Ioannes Baptista in deserto prædicare incipit. 29
Apollonius Tyaneus, Philo Alexandrinus, ac Cornelius Celsus florent.

Christus patitur, moritur, resurgit, & in cœlos
5233 ascendit mense Martio & sequente. 34
5237 Caius Caligula, quartus Romanorum impera- 38
tor annis tribus ac decem mensibus, Occubuit Che-
roæ ferro Romæ in Palatio iuuenis.
Agrippa Magnus Aristobuli filius, Iudææ
præficitur.
Aruiragus Britonum
Londricus Pictorum
Suertingus Saxonum } reges.
Bellinus Batauorum
5242 Claudius Caij patruus imperator Roman. 5. 43
tredecim annis octo fere mensibus, perijt veneno,
uxoris suæ domi sexagenarius.
Petrus Apostolus, natione Galilæus, papatum 44
iam à Christo sibi potestate tradita Romæ su-
scipit, seditq; uigintiquinq; annis.
Agrippa Iunior ultimus Iudæorum rex. 47
Deiparæ Virginis in cœlum assumptio.
Hebion & Nicolaus hæretici, Seneca Stoicus, &
Dionysius Ariopagita philosophi, Statius, Luca-
nus & Persius poetæ florent.
Felix procurator Iudææ fit.
5256 Nero Claudij priuignus Romanorum sextus, 53
imperator tredecim annis, mensibus septem, ac ui- 57
ginti octo diebus, & tandem seipsum interficit.
Festus, Albinus, Florus patricij Romani succes-

mundi. | *siue Iudæis præficiuntur.* | Christi

Andromachus medicus theriacæ inuentor. 60

5266 *Nero primam in Christianos exercet persecutio-* 70
nem, in qua Paulus gentium doctor & apostolus Dei obtruncatur.

Linus Volateranus papa secundus decennio Pl. xi. 70

Euax philosophus summus Arabum
Tiridates Armeniæ
Vologesius Parthorum
Pacorus Medorum
} *reges.*

5270 *Galba* Sergius *imperator mensium septem ab equitibus* Romæ *trucidatur in foro.* 71

Ottho Lucius *imperat tres mense ac seipsum* Cremonæ *transfixit.*

5270 *Vitellius nonus imperator* Romanorum *menses tantum septẽ, occiditur & hic in foro* Romano.

Quintilianus rhetor, Higinius *mathematicus,* Iosephus *Iudæorum historicus florent.*

5271 *Vespasianus decimus imperator* Romanus 72
decennio. Hic profluuio alui inter manus subleuantium extinctus est in uilla sua.

Hierosolymorum euersio & excidium. 75

Asconius Pedianus *grammaticus claret.*

Cletus Romanus, *papa tertius sedit annis duo-* 80
decim. Sunt qui hunc & linum prætermittunt. Alij Cletum & Anacletum *eundem esse uolunt, unde anceps fit supputatio.*

Titus post patrem undecimus imperator Roma-
5281 nus regnat biennio, duobusq; mensibus febre in ru- 82
re Reatino excessit. Hic recordatus aliquando
super cenam quod nullum eo die officium in quenq;
contulisset ait. Amici, diem perdidi.

5283 Domitianus post fratrem imperator XII 84
regnat quindecim annis, mensibus quinq;, tan-
dem conspiratione Romae amicorum occisus est.

Platin. Clemens Romanus quartus papa, sedit 4 annis. 92
& alij Seruius Sulpitius iureconsultus, Statius, Iuuena-
noue. lis, Martialis poëtę, Iustinus historicus hoc tem-
pore clarent.

Secunda in Christianos persecutio.

Diurpaneus Dacorum	Reges.
Ingellus Danorum	
Helgo Nouergiæ	
Coillus Britonum.	

5298 Nerua Cocceius Narniensis tertiusdecimus 99
ordine, & primus peregrinus Romæ imperator,
regnat annum tres menses atq; nouem dies,
Romæ extinctus est.

Ioannes apostolus, Euangelium suum contra
Menandrum & Cherinthum Ephesi scribit.

5299 Traianus Hispanus decimusquartus imperator 100
Romanorũ Coloniæ fit, cúq; regnasset decẽ et no
uem annis, mensibusq; sex decessit apud Seleucã
Tertia in Christianos persecutio. (Syriæ.

Anni mundi.		Anni Christi.
	Anacletus Atheniēsis, quintus papa Romæ, 9. an.	
	Hic instituit, ut omnes Christiani post missam quotidie eucharistiam sumerent.	102
	Xichimer Francorum	
	Vindekint Saxonum	
	Karolus Gotorum	
	Syuardus Suetiæ.	
	Tertia in Christianos persequutio.	
	Ignatius S. Ioannis discipulus martyrizatur.	109
	Euaristus Græcus, papa sextus Romæ octo annis.	111
	Hic ultimo Traiani anno martyrio coronatur.	
	Suetonius, Plutarchus, Plinius Secundus. Item & Basilides hæreticus, atq; Rufus medicus florent.	
	Alexander Romanus, papa septimus decennio.	119
	Hic aquam lustrabilem instituit.	
5138	Hadrianus Hispanus, decimusquintus imperator Romanorum, regnat uiginti uno annis: moritur hydropisi ad Baias.	119
	Sixtus Romanus, papa octauus decennio.	121
	Sunt qui hunc, Alexandrum & Euaristum sub Traiano martyriū passos scribunt, alij sub Adriano malunt. & ideo anceps fit Supputatio.	
	Quadratus Apostolorum discipulus, Aquila Bibliæ interpres, Secundus philosophus Atheniensis magnæ taciturnitatis, Cornelius Tacitus, Iu-	

liusq́; Frontinus florent.

Telesphorus Græcus, papa nonus decem annis sedit. auctor quadragesimæ fuit. 131

Hic quadragesimæ et trium missarum in Natali domini est author.

5339 *Antonius Pius imperator sextusdecimus, regnat uiginti tribus annis & tribus mensibus: decessit febre apud Lorios in Hetruria.* 140

Hyginius Græcus, papa decimus annis quatuor. 143
Constituit hic chrismа & compatres ad Baptismum.

5344 *Pius Aquileiensis, papa undecimus, sedit undecim annis, & instituit festum paschatis ad diem dominicum celebrari.* 145

Ptolomeus Pheludensis astronomus & geographus insignis Alexandriæ claret.

Taurus, Phauorinus, Gelius philosophi, Trogus historicus, Iustinus Christianus ac Polycarpus episcopus fulgent.

Claudius Galenus Pergamensis medicus clarissimus atq; doctissimus floret.

Anicetus Syrus, papa duodecimus sedit annis undecim. Vetuit hic clericis comam & barbas ingentes deferri. 156

5362 *M. Antonius Verus philosophus imperator septimusdecimus cum fratre L. Aurelio* 163

Vero, sub quibus cœpit primo imperium Romanum per duos administrari: quorum Lucius imperij duodecimo anno apoplexia; Marcus uero cum regnasset decem & nouem annis, ex pestilentia Romæ decessit.

Quarta in Christianos persecutio.

Sother Campanus, papa decimustertius sedit annis nouem, uel ut alij quatuordecim. Sunt qui huius martyrium sub pertinace ponant. 167 Euſ. 171

Montanus & Apelles Cataphrygarum hæresim seminant.

Scæuola iureconsultus, Marullus poëta florent.

5377 Eleutherius Nicopolitanus decimus quartus papa sedit quindecim annis. Hic anceps est supputatio. 176

Lucius Brittaniarum rex ad Christum conuertitur.

Vnguinus Gottorum
Haldanus II Daniæ } reges.
Asmundus Noruegiæ

5381 L. Commodus imperator octauusdecimus regnat tredecim annis post patrem. Hic Romæ à concubina strangulatus est. 182

Victor Apher, papa decimusquintus sedit Romæ decennio 194

5394 P. Aelius Pertinax Ligur, decimusnonus Imperator 195

Imperator, regnat sex tantum mensibus & à militibus occiditur,

Didius Iulianus Mediolanensis occisó Pertinace imperat septem mensibus atq; in palatio à prætorianis interficitur.

Prima inter ecclesiam Romanam & Asianam dissensio propter paschatis festum: quæ multos perseuerauit in annos plurimumq; uexauit ecclesiam.

5395 Septimius Seuerus Apher uicesimusprimus Romanorum, regnat decem & octo annis, Eboraci periit podagra. 196

Quinta in Christianos persecutio.

Zepherinus Romanus papa decimussextus, sedit annis septem & decem. Hic ad sacrificia uitream calicem statuit habendum. postea propter periculum ut aureus aut argenteus uel stanneus esset ab alijs est institutum. 204

Artabanus Parthorum rex.

Tertullianus, Symmachus, Hyreneus Lugdunensis Theologi clarent.

5413 Bassianus qui & Caracalla uicesimus secundus imperator regnat post patrem annis ferme septem in Parthia per coniurationem interemptus est. 214

Papinianus iureconsultus, & Quintus Serenus medicus florent.

5419 Opilius Macrinus uicesimus tertius imperator regnat annum & duos menseis cum filio Diadumeno, qui ambo in Calchedone interempti sunt. 220

Calixtus Romanus, papa septem annis. Plat. 6. 221

5420 Varius Antoninus qui & Heliogabalus imperator quartus & uicesimus. Hic quarto regni sui anno necatur in latrina. 221

Alexander Aphrodisaeus & Themistius philosophi acutissimi.

5423 Alexander Mammaeae filius, natione Syrus, imperat ἀναιματῶς tredecim annis, ac tandem ad Moguntiam Rheni tumultu militum occiditur. 224

Vrbanus Romanensis, decimusoctauus papa sedit annis octo secundum Platinam quatuor. 228 Plat.

Hic instituit ut praedia ecclesiae oblata in commune haberentur fructusq; eorum uiritim clericis distribuerentur ac tandem martyrio coronatur. 226

Origenes theologus, Vlpianus iureconsultus, Vitruuius architectus florent.

Pontianus Romanus papa annis 5. Plat. 245. 236

5435 Maximinus Thrax, cum filio imperator uigesimus sextus Romae tribus annis. Hunc nonnulli Gotum fuisse scribunt, & in centoria 237

ad Aquileiam ocasum.
Sexta in Christianos persecutio. 232
Antherus Graecus uigesimus papa triennio.
Eusebius mensem unum ai'j an. 17. sunt etiam qui in primum Gordiani anno reijciunt. Vnde anceps est supputatio.
5439 Porphyrius philosophus Christianos persequitur. 240
Gordianus post auum & patrem suum, nec non post Pupienum, Balbinumq; uigesimus septim. Romanorum imperator, regnat annis sex interfectus est Philippis.

Saporus Persarum
Casianus Britanniae
Sigurus Danorum
Synardus Gotiae.
} reges. 241

Fabianus Romanus uigesimus primus papa Romae sedit annis tredecim sub Decio martyrio coronatur. Huius capiti cum de electione tractarentur columbam allusisse fama est. 247
5456 Nouatus schismaticus & hereticus uiget.
Philippus Arabs cum filio imperator uigesimusoctauus, regnat quinq; annis. Hic primus Christianus Caesar fuisse, & à militibus Veronae caesus perhibetur. 248
Annus hic millesimus conditae urbis est.
Cornelius papa biennio Romae.

Hunc Damasus sub Decio passum scribit alij sub Volusiano.

5451 Decius Pannonius cum filio imperator Romanorum regnat annum & treis menseis. Submersus est in palude Mæsiæ dum Gotos fugeret. 252

Septima in Christianos persecutio.

Agatha & Apollonia sacræ uirgines pro fide Christi moriuntur.

5453 Gallus & Volusianus filius imperatores regnant biennio & quatuor mensibus: occiduntur dein ambo à militibus proprijs apud Inter amnem. 254

5455 Octaua in Christianos persecutio.

Lucius Romanus uigesimustertius papa triennio. 254

Valerianus cum Galieno filio, trigesimusprimus imperator, annis quindecim: ex his pater in Persia captiuus, filius dolo apud Insubreis occubuit. 259

Nona in Christianos persecutio.

Stephanus Romanus 24. papa tribus an. 257

Platina & Sabellicus scribunt 7.

Cyprianus Cartaginensis doctor & martyr fulget.

Sixtus secundus Atheniensis papa triennio. 260

Sabellius hæreticus surgit.

Laurentius archidiaconus igne torretur.

5462 Dionysius Romanus papa uigesimussextus se- 263

dit annis sex. Eusebius. 9. Huius administratio=
nem in alterum claudij annum reijcit Sabellicus
Sub hoc tempus Germani Italiam & Gallias de=
populantur, ac Gotth Græciam.

Felix Romanensis, papa sedit quatuor annis, 269
& altarium consecrationem primus apud Chri-
stianos præcepit.

Triginta tyranni Romanorum imperium diuer=
simode atterunt quasi.

Paulus Samosatenus, Martion, Manesq; hæreti
ci ecclesiam Christi lacerant.

Claudius secundus Dalmata, imperator trigesi= 272
mus secundus, regnat annum & nouem men=
ses: moritur apud Syrmium in Pannonia ui-
ctis Gottis.

Eutichianus Lunensis, papa uigesimus octauus 273
sedit Romæ octo annis. Platina & alij unum
sub aureliano martyrio coronatur.

5472 Aurelianus Pannonius post Quintilium trigesi=
mus tertius imperator regnat quinquennio &
sex mensibus. Interemptus est hic à notario suo
apud Heracleam.

Gebenne uel Genouena Sabaudiæ extruitur. 276

Annius Tacitus imperator Romanus post se= 278
xtum mensem à milite oppressus est.

5478 Probus Pannonius post Florianum trigesimus 279
quintus imperator sex annis & quatuor mensi=

bus tandem in Illyria insidiose occiditur.

Caius Dalmata, papa uigesimus nonus: sedit Romæ decennio. aly. xi. Hic sacros ordines primus distinxit instituitq; ne prophanus sacris initiatum in iudicium seculare traheret. 181

Sub hoc tempus Gallis & Pannonijs à Cæsare primum uineas habere permissum est.

5484 Carus Narbonensis, Romanorum imperator, cum Carino & Numeriano filijs regnat biennio fulmine tactus ad Tigridem obijt. 285

Spartianus, Eutropius, Vospicus, Lampridius, Capitolinus, Pollio historici florent.

5486 DIOCLETIANVS, Dalmata septimus & trigesimus imperator regnat uiginti annis. Hic deposito imperio, tandem ueneno moritur Salonæ. 287

Marcellinus Romanus. xxx. papa nouem annis. 292

Asclepiodotus contra Allectum rex fit in Britannia pulsis Romanis.

Sublatis regibus, Dani sibi ex plebe dominos eligunt

5500 Marcellus Romanus trigesimus primus papa Romæ sedit quinque annis. Hic clericos à sæculari potestate immunes fecit primo. 301

Hoc tempore martyrio afficiuntur pro Christo Catherina, Agnes, Barbara, Dorothea, Anastasia, Afra, Euphemia uirgines, item & Georgius, Christophorus, Bonifacius, Erasmus,

Blasius, Mauritius, Vitus, Geruasius, Cosmas, Damianus, Sebastianus, Vincentius, Methodius, Chrispus & cæteri sancti sub Maximiano tyranno.

Eusebius Græcus papa sedit biennio Sabellicus sex annis scribit Romæ. 305

Arnobius, Lactantius, Eusebius clarent ac Lucianus ἄθεος.

Decima ac sæuissima nominis Christi anni persecutio, quam diuino iudicio excitatum op[...]us est Eusebius: quia plus nimio insolescere uita in ecclesia cœpissent, uiderenturq; sacerdotes tyrannidem sapere.

5506 GALERIVS cum CONSTANTIO Cloro imperat solummodo annum, ex quo uarie Romanorum declinare cœpit imperium, Seuero Maximino & Licinio maxime tumultum excitantibus. 307

Vndecima in Christianos persecutio.

Duodecimam excitat Licinius persecutionem.

Milciades Apher, trigesimus tertius papa sedit quatuor annis: prohibuitq; ne Christiani die dominico ieiunarent, nec V. feria. 307

5507 Constantinus Magnus Britannus, imperator Romanorum trigesimus nonus regnat triginta annis ac decem mensibus uicto Maxentio, tandem à ministris ueneno tollitur Pysantij oppido. 308

Siluester Romanus papa sedit uigintiuno annis.
Pla.23 Confirmationem quam uocant, hic instituit, praecepitq; chrisma ut episcopi tantum consecrarent. 313
Albas denique & corporalia altaribus addidit linea.

5519 Arrius & Donatus haeretici ecclesiam Christi inturbant. 320

Antonius abbas Aegyptius, Iuuencus presbyter & poeta Aëtius medicus, Iamblicus philosophus florent.

Visimarus primus Vandalorum rex.

Thonodorus Sueuiae rex.

5533 Marcus Romanensis papa trigesimus quintus biennio. 334

Iulius Romanus papa sedecim annorum. 336

Prima omnium Nycaena synodus trecentis decem & octo patribus contra Arrium celebratur, in qua Symbolus quem uulgo Apostolorum uocant, editus est. Hanc nonnulli habitam affirmant anno Christi 322. Eusebius 324. Beda autem & Volaterranus hoc anno testantur ipsam fuisse. 338

5538 Constantinus II. Constans & Constantius fratres post patrem Romae & Constantinopoli imperant cum Maxentio Gallo & Licinio iuniore uiginti quatuor annis, quinque mensibus ac duodecim diebus. 339

Paulus primus eremita moritur senex.

Athanasius Alexandrinus, Hilarius Pictauiensis, Nicolaus Myrrheorum, Maximinus Treuerorum episcopi clarent. 345

Liberius Romanus tricesimus septimus papa 18. annis Platina et Sabel sex sedit Romæ in patria. 352

Saporus secundus Persarum } reges.
Chonodamarius Alemannorum

Eunomius & Macedonius hæretici ac Donatus grammaticus florent.

5563 Iulianus apostata, ordine quadragesimus primus imperator regnat Constantinopolis annum & octo mensis. Fuerat monachus antea apud Ctesiphontem à Parthis necatur. 364

Tertiadecima in Christianos persecutio.

Iouinianus imperator octo mensibus suffocatur nidore calcis in Didastane oppido Galatiæ. 366

Felix secundus Romanus papa sedit annum.

5566 Valentinianus Pannonius imperator quadragesimus tertius, regnat undecim annis & quinque mensibus cum fratre. Fuit & hic Christianus, atq; in Gallia obijt apoplexia. 367

Photinus, Iouianus & Vigilantius hæretici insolescunt.

Saxo Saxonum } in Germania reges.
Clogio Francorum

5567. Damasus Hispanus nonus & trigesimus papa 368

decem & octo annis. Alij. 19. Hic instituit confessionem generalem in principio Missæ & ut in fine Psalmorum cantaretur semper Gloria patri & filio &c.

Clarent hoc tempore Basilius Magnus, Cyrillus, Ambrosius, Epiphanius, Gregorius Nazianzenus theologi, Oribasius Sardus medicus atq; Flauius Vegetius.

Macharij duo cum Maria in Ægypto.

Hillarion in Cypro, Paphnutius apud Thebas, monachi degunt.

5577 Valens post fratrem quadragesimus quartus imperator, regnat quatuor annis ac è clade Gottica saucius in tugurio uiuus crematur. 378

Fridegninus rex Gotthorũ fit post Hermariam.

Quartadecima ecclesiæ persecutio.

5581 Gratianus Pannonius, Valentiniani filius, quadragesimus quintus imperator Constantinopolis sex annis. Hic Lugduni interfectus est, & filius eius Valentinianus Iunior apud Viennam Allobrogum laqueo seipsum suspendit. 382

Secunda generalis Constantinopolitana synodus, centum quinquaginta patribus, contra Macedonium & Eudoxum habetur. 383

Claudianus & Prudentius poetæ florent hac tempestate.

Siricius Romanensis, papa quadragesimus, sedit 386

annis quindecim.

5587 Theodosius Magnus siue Senior, Hispanus, imperator quadragesimus sextus annis undecim tandem Mediolani moritur quinquagenarius quàm Christianissime. 388

Melga Pictorum rex.

Omundus Daniæ

Radagasius Gotorum } reges.

Carocus Vandalorum

Fel.theus Rugorum

Heluidius hæresiarcha uiget.

5598 Arcadius filius Theodosij prædicti imperat Constantinopolis cum fratre annis tredecim ac moritur ibidem. 399

Anastasius Romanus papa triennio. uetuit membris carentes clericari. 401

Martinus episcopus Turonensis, natione Vngarus ad dominum migrat.

Pelagius hæresiarcha exurgit.

5603 Innocentius Albanus, papa quadragesimus secundus sedit annis quindecim. Hic damnauit Cataphrygas. 404

Ioannes Chrysostomus Cassianus diaconus eius.

Ruffinus Aquileiensis præsbyter clarent.

Alaricus Visogotorum rex ex familia Baltheorum Romam cœpit at diruit calendis Aprilis. 412

Nestor hæreticus, Alexander ἰατρός Apuleius

Madaurensis philosophus florent.

5611 Ho[n]orius frater Arcadij Cæsaris, quadragesimus octauus imperator regnat cum fratris sui filio annis quindecim uel rectius. 19. ac tandem Romæ moritur ex febre. 412

5618 Zozimus Græcus, papa sedit annum Romæ. Hic instituit cereum sabbato sancto benedici. Vetuitq; ne clerici in publico potarent. Misitq; Faustinum episcopum & duos præsbyteros qui Carthaginensi synodo interessent, ut appareret, nihil rite de re diuina decerni nisi Rom. pontificis authoritate fieret. 419

Prædestinatorum hæresis uiget.

Respendialus, Alanorum rex in Hispania.

Valpa septimus Gottorum rex Tolose imperat sub quo Vasconia nomen hoc in Gallia à Visogottis sortitur.

5619 Bonifacius Romanus, papa quadragesimus quartus sedit annos treis. 420

Schola literarum uniuersalis Boncniæ hoc tempore primum incepit.

Proba mulier doctissima & Christiana ac Socrates historiæ tripartitæ primus author.

Celestinus Romanus papa natione Campanus, sedit Romæ octo annis. Alij nouem scribunt. 424

5625 Faramundus primus rex Francorum in Gallia constituitur. 426

Diuus Hieronymus pridie Calendas octobris ętatis suæ nonagesimo primo anno; in Bethleem moritur. Fuit autem natione Stridoniensis Vngarus. 429

5630 Theodosius Iunior cum Valentiniano amitæ suæ filio imperat uigintiseptem annis, ac moritur Constantinopoli. 431

Clodio secundus rex Gallorum.

Gotarus Suetiæ rex.

Tertia Synodus Ephesina, ducentis patribus contra Nestorium & Pelagianos celebratur. Rom. pontifice & Cyrillo Alexandrino admittentibus.

5633 Sixtus tertius Romanus papa quadragesimus sextus sedit annis octo. 434

Gensericus Vandalorum rex attritis Romanis Gallis & Hispanis, Carthaginem diripit, ac inuadit Syciliam.

Aurelius Augustinus Hypponis moritur quinto Kalendas Septembris: ætatis suæ septuagesimo sexto anno. 437

Ioan. Damascenus, Orosius historicus florent. 440

Atala ab Hunnis primus rex Vngarorum in Pannonia eligitur.

Vortignerus Gesseorum rex Britanniæ regnum adripuit.

5641 Leo Thuscus, papa quadragesimus septimus se- 442

dit Romæ annis uigintiuno doctissime.

Mamercus Viennensis præsul primus rogationes ante ascensionis dominicæ festum instituit Pros- 441
sper Aquitanicus episcopus Reginus sanctis moribus & doctrina clarus. Item Eutychius, Timotheusq; hæretici florent.

Sabellicus tamen miratur hunc Timotheum inter hæreticos reponi.

Buda Pannoniæ urbs construitur primum.

5661 Martianus quinquagesimus imperator cum Valentiniano tertio (qui Romæ confossus est) regnat sex annis & Constantinopolim obijt. 451

Sub hoc tempus Anglosaxones Brittaniam primum occupant, duce Hengisto.

Vualamurus Ostrogotthorum }
Ardaricus Gepidarum } reges.
Maurus Scotorum. }

5653 Quarta Calcedonensis synodus sexcentorum triginta episcoporum contra Manicheos & Eutychem celebratur. 454

Vrsula uirgo Brittanica cum sodalibus ab Hunnis Coloniæ trucidatur.

Venetiarum urbs primum condi cœpit hoc anno secundum quosdam iuxta alios uero & Volaterranum cœpta est anno 421. 456

5507 Leo imperator decimustertius Constantinopolitanus, primus natione Græcus, ordine 457

autem quinquagesimus primus Cæsar, cum Leone minore regnat sedecim annis ac moritur in patria. Leo. 2. post patrem paucos admodum imperat dies.

Acephalorum hæresis intumescat.

Hilarius Sardus, papa quadragesimus octauus, sedit annis septem. 463

Simplicius Tyburtinus, papa sedit Romæ annis quindecim. 470

Arthurus post Vtherpendragonem Brit. }
Hilderichus post Merouecum Francorum } rex.
Beolgorus post Sangibanum Alanorum. }

5673 Zeno Isauricus imperator Cæsar regnat annis decem & septem. 474

Sub hoc principe res literaria maximam librorũ optimorum passa est iacturam.

Odoacer Saxo, comitatu Rugorum, Herulorum, Sueuorum ac Turalingorum Romam inuadit. 475
Ex quo Occidentale regnum uacat usq; ad Carolum Magnum imperatorem.

Tresimundus Vandalorum }
Gundiocus Burgundiæ }
Bisinus Duringorum } reges.
Ruthlus Daniæ }

Felix tertius Romanensis, papa quinquasimus sedit octo annis. 484

6583 Theodoricus Veronensis Ostrogotorum rex dominio Italiæ potitur uigintiquinque annis. Cui 488

minio Italiæ potitur uiginti quinque annis. Cui Amalsunta *filia succeßit.*

5690 Anastasius Dicorus *quinquagesimus tertius imperator regnat sex & uiginti annis, habent tamen nonnulli plures annos. Perijt hic tandem fulmine.* 491

Gelasius Apher, *papa quatuor annis.* 492

Hennacus Hunnorum *rex quartus.*

Anastasius *secundus Romanus, papa quinquagesimus secundus sedit biennio.* 496

Clodoueus *seu* Ludouicus *quintus rex* Francorum *à sancto remigio baptizatur:* Romanorumq; *consul deputatur.* Ex *quo tunc Romanum imperium* Constantinopolis *cœpit minui, et Gallorum augeri Christum profitendo.*

5697 Symmachus Sardus, *sedit papa quindecim annis superato schismate Romæ.* 498

Fulgentius *episcopus & doctor,* Boëtius *poëta & philosophus florent.*

Hormisda Frusinoninus, *quinquagesimus quartus papa Romæ sedit nouem annis.* 513

Hesychius Milesius & Merlinus *uates Brittanicus florent.*

5716 Iustinus *senior genere* Thrax, *imperator decimus sextus* Constantinopolitanus, *ordine quinquagesimus quartus* Cæsar, *regnat quàm optime octo annis: obijt in patria.* 517

Alaricus

Alaricus secundus Gotthorum in Hispania
S. Sigismundus Burgundiæ } reges.
Ermenfridus Doringorum
Benedictus Nursinus cum sorore Scholastica omnium primus regularem instituit uitam, à quo Benedictini postea dictissimi emanarunt monachi. 520
Ioannes Tuscus, papa quinquagesimus quintus sedit Romæ annis duobus. 522
Brigitta uirgo Scotica multorum cœnobiorum fundatrix claret.
Felix quartus Samius, papa quatuor annis Romæ est. Hic extremam unctionem morituris præcepit. 524
Dionysius abbas Romanus computum paschalem ædit, primusq; annos à natiuitate Christi computare docuit.
Andoinus ex Scandia primus rex fit Longobardorum.
5724 Iustinianus Magnus Iustini ex sorore nepos, imperator quinquagesimus quintus regnat triginta, nouem annis, ac tandem insania decessit. 525
Bonifacius secundus Romanensis, papa biennio. 528
Hildebertus cum tribus fratribus Francorum rex.
Ioannes secundus Rom. papa biennio Romæ. 530

Damnauit hic Anthemium Constantinopolitanum antistitem Arrianæ impietatis. Misitq; ad eum Iustinianus Imperator legatos gratulantium cum grandibus donis testantes præcipuam uenerationem deberi Romano Pont. utpote qui unus terris Christi teneret uicem. 679

Agapitus Romanus papa quinquagesimus nonus sedit in patria tantum annum unum. 533

Imperator Iustinianus Romanus leges in epitomen redegit, ac codicem seu pandectas iuris ciuilis promulgat.

5733 Siluerius Campanus, papa itidem annum. 534

Vigilius Romanus, papa sexagesimus primus sedit decem & septem annis. 535

5740 Quinta Constantinopolitana synodus sub Agapito inchoata, hoc anno contra Theodorum & Anthimum, quod Maria mater Christi sit θεοτόκος perficitur primum. 541

Bridius Pictorum
Chunimundus Gepidarum } reges.
Zeliorbus Hunnorum

Totila ultimus Ostrogottorum rex Romæ, ac Gilimerus itidem ultimus Vandalorum rex, à Bellisario & Narsete Cæsarianis ducibus unà cum Francis deuincuntur.

S. Leonardus abbas claret per Gallias liberatione uinctorum.

Pelagius Romanus papa ſedit undecim annis.
5751 Hic clericos quotidie ſeptem horas canonicas obire uoluit, primusq́; hæreticum à poteſtate ſæculari puniendum decreuit. Mortuorum denique memoriam miſſæ addidit. 553

Priſcianus grammaticus, Arator poëta florent.

Ioannes III Romanus, ſedit papa annis ferè tredecim in patria. 563

5763 Iuſtinus Iunior nepos Iuſtiniani, patria Illyricus, decimusoctauus Conſtantinopolis imperator: ordine uero quinquageſimus ſextus Cæſar cum regnaſſet annis undecim, pedum dolore amens moritur. 564

Alboinus ſecundus rex Longobardorum cum omni populo ſuo, & uiginti milibus Saxonum relicta Pannonia Italiam intrat, eamq́; occupando de ſuis cognominat. 569

Heribertus octauus alias Aripertus nonus rex Francorum cum tribus fratribus in Gallia.

5774 Tyberius Conſtantinus imperator Cæſar ſeptem annis, moritur in Græcia. 575

Benedictus Romanenſis papa ſexageſimusquartus ſedit annis quatuor. 577

Synaldus III Daniæ rex cum Snione filio.

5781 Mauritius Cappadox, gener Tyberij prædicti, imperat uiginti annis, ac conſpiratione Phocæ, filiorum'que ſuorum, tandem Chalcedo= 582

næ obtruncatur.

Pelagius II Romanus papa sedit Romæ decennio 582

Leuigillus rex Gottorum Andeam Sueuorum regem ex Hispania eijcit.

5791 Gregorius Magnus, papa sexagesimus sextus, 592
tredecim annis sedit. Hic primus se seruum seruorum dei scripsit, ac Mauritio principi clericos in militiam cogenti, necnon & Patriarchæ Constantinopolitano Oecumenum se uocanti acriter restitit, dictitans Petro Rom. pontifici claues datas. Modum item chori & psalmodias instituit. In summa ceremoniarum maxima pars sub hoc in Christianismo pullulauit.

Agilulphus Longobardorum quartus rex inter 593
uentu Theodelindæ Garibaldi Bauarorum regis filiæ ad Christi fidem cum omni suo populo conuertitur.

5801 Phocas uigesimusprimus Constantinopolis imperator, ordine quinquagesimus nonus Cæsar, 602
cum regnasset annis octo (quidam. 13) Constantinopoli captus, amputatis manibus & pedibus in mare proijcitur.

Sabinianus Romanus, papa sedit annum. 15. 605
immo huius patria ignoratur diem et horas campanarum pulsu distinxit.

Ermigildus rex Gotthorum Christianus fit.

Bonifacius III Romanensis, papa sedit tantum 607

nouem menseis. Primatum hic Romanæ sedi & papæ inter Christianos ab imperatore impetrauit.

Cacanus Hunnorum } reges.
Clotarius II Francorum } reges.

Bonifacius IIII Marsus, papa sexagesimus nonus sedit Romæ annis ferè septem. 608

5809 Heraclius imperator Augustus sexagesimus, regnat uigintanouem an. (Volaterranus scribit 32) atque aqua intercute perijt. 610

Deus dedit, Ro. Stephani filius papa septuagesimus sedit in patria quatuor annis. Sabel. 3. 615

Cosroë rex Persarum, post quem Medorses.

Edelbertus Anglorum rex cum omni populo atq; Cantabris fidem Christi suscipit primum. Sisebutus Visogotorum rex, etiam Christianus fit in Hispania cum antea Arrianus fuisset.

Isidorus Hispalensis episcopus & doctor, San. Columbanus, Sanctus Gallus monachi clarent.

Bonifacius. 5. campanus papa quinquennio sedit. 618
Hic delinquentibus templa & aras, tanquam asyla apud Christianos primus constituit.

5821 Mahumetes cum Sergio monacho in Arabia sectam Saracenorum & Turcarum inchoat per uitiosissimam. 622

Honorius Romanus, papa duodecim annorum ferè. 623

Dagobertus Francorum undecimus
S. Osualdus Anglosaxonum } reges.
Suintillá Hispaniæ

Seuerinus Ro. papa septuagesimus tertius annum. 635
Ioannes 4 Dalmata papa itidem per annum. 636

5835 Constantinus Iunior post patrem regnat solum quatuor mensibus dolo nouercæ.

Theodorus Græcus papa septuagesimusquintus sedit annis sex. 638

5838 Heraclonas uigesimustertius Constantinopolitanus imperator, regnat cum matre Martina duobus annis, ac tandem ambo in exilium mittuntur. 639

Acephalorum hæresis repullulat.

5840 Constans II uel Constantinus tertius filius Constantini Iunioris, imperat uigintiseptem annis. 641
Hic Romam spoliauit, & à papa hæreticus censetur, atq; tandem à suis in thermis Syciliæ necatur.

Martinus Tudertinus, papa sedit annis sex. 645
Concilium contra Patriarchas Constantinopolitanos habuit, ac sponsum cum sponsa ante carnalem copulam à sacerdote prius benedici uoluit.

Eugenius Romanus, papa triennio sedit. 651
S. Iodocus regis Britonum filius claret. 654

5853 Vitallianus Signinus, papa septuagesimus

octauus, sedit tredecim annis. alij. 14 Eo tem=
pore quo hic pontificatum iniit, sed annos salutis
683 scribit Platina Caesaream persarum Re
ginam clàm marito Constantinopolim, ut Christia
na fieret aduenisse. Caeterum adeo uarie colligũt
authores, ut ab hoc usq; ad Constantinum Sy
rum nulla certa haberi possit supputatio.
Homar Saracenus Mauhumetis successor.
Moabias Arabum
Clodoueus Francorum
Hercobertus Cantiae
Scelerus Anglosaxonum } reges.
A deo datus Romanensis, papa sedit quatuor annis. 668
Mezentius uel Missesius tyrannus regnat Con
stantinopolis sex mensibus.
5868 Constantinus, quartus cognomento Pogonatus 969
filius praecedentis, imperator Constantinopol
tanus uigesimusquintus, regnat septem & decem
annis catholice, tandem è palatio praecipitatus oc=
cubuit domi.
Donus Romanensis, papa octogesimus; qua= 678
tuor annis. alij. 5.
Theodericus decimus quart. Francorum
Bamba Hispaniae.
Grimoaldus Longobardorum } rex.
Agathon Syculus, papa sedit biennio. Plat. 702 677

Sexta Synodus Constantinopolitana contra Monothelitas celebratur, cum centum quinquaginta episcopis, in quo Graecis sacerdotibus uxores permissae sunt, nostris uero nequaquam. 679

5878

Hanc alij anno 685 habitam contendunt.

Edilredus Merciorum
Caganus Auarorum } rex.
Lutherus Canthuariorum

Leo II Syculus, papa decem mensibus sedit, ac constituit pallia archiepiscopis elargienda gratis. 682

Leodegarius & Kylianus episcopi fulgent.

5882 Benedictus II Romanus papa octogesimus tertius sedit decem mensibus. Sunt qui annos, 2 scribant, alij, 3. Volat. x. sed librarij erratum puto. 683

Trebellius primus rex Bulgarorum in Illyria fit.

Ioannes V Antiochenus, papa sedit annum, & primus Ostiensem, Portuensem ac Veliternum episcopos pontificem maximum consecrare iussit Romae. 684

Conon Thrax, papa octogesimus quintus, sedit uix decem mensibus. 685

Venerabilis Beda Anglus floret.

Sergius Antiochenus, papa sedit decem & quatuor annis remoto schismate. 686

Pertharis decimustertius Longobardiae rex.

5805 Iustinus V, qui & Iustinianus minor, imperator post patrem sexagesimus quintus decennio. 685

Hic tandem abscissis naribus in Pontũ relegatur.
Paulutius Heraclanus, siue ut quidam legunt Paulus Lucius Heraclianus, primus Venetorum 688
dux fit. Tradunt alij anno 708 initiatum.
Clodoueus II Francorum decimus septimus rex.
5895 Leo III siue Leontius uigesimus septimus Constantinopolis imperator, regnat triennio, postea trũ 696
catis naribus à Tyberio in carcerem coniicitur.
Sunt qui hic interponunt Leonem quendam, qui tamen in pontificum cathalogo non reponitur.
5868 Tyberius III, cognomine Apsymarus imperator septem ferme annis, & cum Leontio trucidatur Constantinopoli. 699
Ioannes. VI. Græcus, papa octogesimus septimus sedit treis annos Martyr, ut putatur, sub quo non satis constat Ægyptij abiecto, Græcorum dominio proprium sibi regem qui Caliph dicitur eligunt. 700
Ioannes. VII. papa, Græcus sedit annos. 2. alij. 3. 704
5905 Iustinianus olim Augustus, iterum nunc cum Tyberio filio imperat sex annis, & ultimo uitam in bello amisit. 706
Sisinius, siue Sosimus papa Syrus. dies uiginti. 706
Constantinus Syrus, papa nonagesimus, sedit spatio septem annorum. 706
5910 Philippicus Bardanes trigesimus Constantinopolis imperator ordine sexagesimus nonus Cæsar regnat annum & semis. Papæ Romano hic 711

sanctorum imagines uenerari prohibens plurimum restitit, ideoq; hæreticus decernitur, ac tandem luminibus cum imperio priuatur.

Rodericus Visogottorum in Hispania
Miramonelinus Mauritaniæ
Viorno Daniæ
Vadredus Brittaniæ
} rex

5911 Anastasius II cognomento Anthemius imperator catholicus, regnat annum et treis mēsis, alij an. tres scribunt, postmodum monachus esse cogitur. 712

Gregorius II Romanensis, sedit ferme decem & sex annis papa, alij. 17.

Vinfridus, qui postea Bonifacius, natione Anglus & monachus, fit primus Archiepiscopus Maguntinensis. Hic in Saxonia Doringiaq; ecclesiam Romanam multa uir sanctitate auxit, ac tandem à Frisonibus occisus est. Platina tamen refert, Bonifacium hunc in Aphricam proficiscentem, ab hostibus fidei occisum.

Pius uero scribit: Albertum Maguntinum episcopum, Christi fidem prædicantem, à Frisonibus in terēptū. Quare si non sit alius, error est in nomine.

Marcellus Tanchasia dux Venet. secundus.

5913 Theodosius III Atramytenus dictus Cæsar septuagesimus primus, Constantinopolitanus trigesimus secundus imperator regnat ferme biennio, fitq; itidem monachus. 714

mundi. Ottmarus & Pyrminus abbates florent. Christi
Dagobertus II rex decimus nonus Francorum. 715
5915 Leo III genere Isaurus cum filio imperat quatuor & uiginti annis. Hic omnes imagines ubique templis Christianorum etiam Romæ sustulit, ac tandem Constantinopolis peste obijt. 716
Carolus Martellus dux Brabantiæ & comes Namurcensis, palatij comes siue maior domus regiæ Francorum fit in Gallia.
Saraceni pulsis Gottis Hispanias occupant. 720
Vrsius dux tertius Venet. 721
A' deo datus quartus dux Venet. 730
Gregorius III Syrus papa 92 sedit annis decem. Platina & Sabel. quod miror. 759. 731
Lintprandus decimus nonus rex Longobardor. 408
Fauilla ultimus Visogottorum rex in Hispania, cui Alphonsus catholicus successit.
5939 Constantinus V Copronimus dictus, post patrem imperator trigesimus quartus Constantinopolis regnat triginta quatuor annis, secundum alios 35 et ad extremum elephantiasi perijt apud suos. Hic moriens fertur dixisse inextinguibili Flammę addictus sum. Concilium trecentorum ac triginta episcoporum Byzantij imperator habet, ut omnes imagines etiam Christi, undique comburerentur contra papam, qui eas Romæ cum suis episcopis paulo ante uenerari statuerat. 746

Carolomanus præses Austrasiæ & Sueuiæ fit maior domus regiæ in Francia post patrem.
Septa Zuata ue Hunnorum rex in Vngaria. 741
Zacharias Græcus, papa sedit decem annis. 742
Gabbanus quintus dux Venet. 742
Dominicus Monacarsus sextus dux Venet. 743
Mauritius Carbio septimus dux Venet. 748
5947 Pipinus Iunior post fratrem deiecto Childerico apud Francos instinctu papæ regnare occepit. 748
Hic Parlamentum primus in Gallia instituit.
Stephanus II Romanus papa sedit annis quinq;. 752
Hic Roma ab Aistulpho obsessa prius ad Deum confugit. Deinde à Constantino cum frustra auxilium expectasset, ad Pipinum mittit.
Paulus Rom. 95. papa, sedit decennio, sub quo primũ tẽpla Christianorũ cõsecrari cœperũt. Hoc nõ habetur ex Platina. Fuit tamẽ uir magnę pietatis. 757
Turcæ gens Scythica primum hac tempestate latrocinando excursiones in Asiam facere, ac primum cum Saracenis de una lege conuenerunt. 760
5967 Ioannes Calbo octauus dux Venet. 764
Carolus qui postea Magnus, post patrem in Francia regnat quadraginta sex annis. 768
Desyderius uigesimus tertius & ultimus Longobardorum rex in Italia floret.
Stephanus III Syculus, papa triennio sedit. 769
Concilium hic Lateranũ Romę contra Cõstãtino-

politanum denuo celebrat, templuq; imagines san ctorũ restituit. Constãtinũ pseudo põtificẽ dãnat.

Adrianus Romanus, papa nonagesimus septi mus sedit uiginti quatuor annis ferè. 772

5974 *Leo quintus Constantini filius, ordine septuage simus imperator Augustus cum quinquennio re gnasset febre disperijt, uel ut alij carbunculi apo stemate intumescens, meritas sacrilegij pœnas luit quod gemmis templũ S. Sophię spoliauerat dicti tans Christum pauperem probasse non gemmas.* 775

Lazdaiardus Persarum
Gottricus Daniæ
Reso Suetiæ
Gotzo Nouergiæ } *rex*

5979 *Constantinus sextus filius Leonis præfati, impe rator Constantinopolis tricesimus sextus, regnat cum matre Hyrenæ (quam regno pepulerat) de cem, & secundum alios duodeuiginti annis. Hic effossis oculis in uinculis extinctus est ab Hyre næ matre eius impietatem perosa. Quæ postquam in pristinum statum restituta est imperat an. 3.* 780

Obelierius nonus Venet. dux. 784

Bradus Cancianus decimus Venet. dux. 786

Angelus Baduarius undecimus Venet. dux. 789

Septima uniuersalis Nycena synodus, in qua Græci cum Romanis de habendis imaginibus & Spiritus sancti processione concordant. 790

Archiscola Parisiis Lutetiorum his temporibus in Gallia cœpit, ductu Alcuini et Claudij Clementis.

Leo tertius Romanensis, papa nonagesimus octauus sedit uiginti annorum spatio. 795

5997 Nicephorus Constantinopolitanus imperator regnat pacifice biennio, uel secundum alios nouem annis, et bello in Mœsia superiore occubuit. Hic imperium cum Carolo Magno diuisit, ut ipse orienti, hic uero occidenti præesset Cæsar. Stauracius eius filius imperio succedit sed 3. mense à Michaele deijciatur. 798

Offa Brittonum
Egbrutus Anglosaxonum } rex.
Bermundus Hispaniæ

6000 Carolus Magnus, Germanus octauo calendas Ianuarij, in imperatorem Romanorum à papa inungitur, regnatq́; Cæsar annis 14 tandē septuagenario maior, aquis grani ex pleuritide decessit. 800

Pipinus Caroli filius, Italiam regit eiectis Longobardorum regibus tredecim annis.

Michaël Curoplates, tricesimus octauus Constantinopolis imperator uix anno, uel secundum alios biennio est, & postea monachus fit. 801

Bernardus Caroli nepos Italiam regit.

Leo V Armenianus imperator Constantinopolis regit Orientem septem annis. 801

Iustinianus Baduarius duodecimus Venet. dux. 808

Ioannes Baduarius decimus tertius Venet. dux. 810

Anni mundi. | Anni Christi

6014 Ludouicus Pius septuagesimus octauus Cæsar, secundus post patrem Occidentis imperator, cum regnasset uigintiquinq; annis, moritur Moguntiæ. Hic donauit Paschali Roman. Pont. Romam cum multis urbibus. 815

Stephanus IIII Romanus, papa triennio. 817

Paschalis Romanus, papa centesimus sedit an. 7. 820

Michaël Traulus è Phrygia, quadragesimus imperator Constantinopolitanus, nouem annis. Angliam regibus destitutam, Dani occupant. 808

6026 Eugenius II Romanus papa quatuor annis sedit. 827

Valentinus Romanensis papa quadraginta solum diebus. 831

Gregorius quartus Romanus centesimus tertius papa sedit annis sedecim. 831

Dania & Suetia ad Christi fidem conuertuntur primum ab Humoldo. 832

Gestimulus Sclauorum }
Asontes Saracenorum } rex
Sebaldus Suetiæ }
Lindeuicus Pannoniorum }

Rabanus monachus Scoticus & Archiepiscopus Moguntinus claret.

Petrus Gradonico Venet. decimus quartus dux. 833

Theophilus imperator 41 Constantinopolis imperat cum patre Michaële annos 7 deinde duodecimo imperij anno moritur. 817

6039 Lotharius post patrem septuagesimus nonus Cæsar, Gallorum tertius imperator regnat annis quindecim. Ab hoc Lottharingia dicta est, fitq; tandem monachus in Prumia. 840

Sergius secundus Romanus, papa sedit biennio. Hic primus cum dignitate nomen mutauit cum antea Os porci diceretur: mosq; iste perpetuo posthac durauit Romæ. 847

Michaël tertius imperator 42 Constantinopolitanus post matrem suam Theodoram. 13. cum illa 11 annos imperat. 829

Basilius Macedo 43 imper. Constantin.an. 20. Hic annuente Hadriano Constãtino.pro Bulgaris tunc Christianus factis Synodũ celebrat, ubi decretũ est, ut illi authoritatẽ Rom.pont.sequerẽtur. 842

Gotæscalus hæreticus in Germania.

Leo quartus Romanus, papa centesimus & quintus, sedit octo annis. 849

Alphonsus magnus Hispaniæ rex.

Aidulphus rex Angliæ uniuersam insulam suam Romanæ ecclesiæ tributariam facit.

6035 Ludouicus secundus frater secundum alios filius Lotharij, octogesimus Cæsar Rom. regnat 21 annis, moriturq; Mediolani propter casum ex alto. 856

Ioannes octauus, natione Anglus, officio papa sexu tamen fœmina, sedit annis duobus & mensibus sex. Non est tamen in numero computandus. 858

Benedictus

Benedictus tertius Romanensis, papa centesimus septimus sedit biennio. 860
Notkerus monachus S. Galli fulget.
Nicolaus Ro. primus papa sedit nouem annis. 862
Hic interdixit, ne quis sacrificanti concubinam habenti assistat. Sunt qui scribunt post huius mortem sedem uacasse an. octo.
Vrsius. 2. Venetorum dux. 15 863
Adrianus secundus Rom. papa sedit quinquennio. 872

6076 Carolus secundus cognomine Caluus, Ludouici Pij filius imperator Cæsar octogesimus primus, post sextum annum Mantuæ per Venenum à Iudeo medico datum obijt. 877

Ioannes octauus Romanensis, papa decimus & centesimus, sedit annis decem. 877

6082 Ludouicus tertius cognomento Balbus, biennio cum Carolo Crasso imperat. Hunc, sane Ioannes octauus papa elegerat, sed multo ui à Romanis, Carolum Crassum, ei præponere coactus est. 883

6084 Carolus tertius, qui Grossus dicitur, post Ludouicum Balbum imperatorem Cæsar regnat annis duodecim et quinq. mensibus. Volat. an. x. Fuit hic Germaniæ etiam Galliæq; rex: ab rogatus demum priuatus in Alemannia interijt. 885

Leo 6 philosophus & Alexander imperator

44 Græciæ, annos 25. menses tres.
Martinus secundus Gallus, papa sedit uno an. 862
Adrianus tertius Romanus, papa centesimus 887
duodecimus sedit itidem anno uno. Hic primus 888
decreuit, ne in creando Pontifice imperatoris con
sensus expectetur amplius.
Stephanus quintus Ro. papa sedit quinque annis. 889
Ioannes. 3 Venet. dux 16

Carlonus uicesimusoctauus Francorum
Ericus sexagesimus quintus Daniæ
Fruella secundus siue Froilla Hispaniæ
} rex.

Formosus Portuensis., papa decimus quartus & 894
centesimus sedit quinquennio.

6094 Arnulphus Carlomanni filius dux Sueuiæ 895
octogesimus tertius Cæsar post patruum suum.
Imperat duodecim annis. Obtinuisse Germaniam,
Gallias, & Italiam fertur solus ac tandem Ratisponæ
phthyriasi periisse. Hic ultimus è Gallis
Cæsar fuit. Cum enim annis propè centum
apud eos imperium fuisset, translatum est deinceps
ad Germanos. post hunc confunditur imperium
& historia usque ad Ottonem primum.

Petrus Candianus 16. dux. Venet. 895
Petrus Tribonus 18 Venet. 896
Bonifacius sextus Tuscus, papa uigintiquinque 898

dierum, sunt qui hunc annos 12 sedisse scribant.

Stephanus sextus Romanus, papa centesimus decimus sextus, sedit annum integrum. 899

Romanus, papa sedit 3 menses. 900

Constantinus septimus imperator 45 Græcorum quadraginta annis. 887

6102 Theodorus secundus, papa decimus octauus & centesimus sedit dies tantum uiginti. 901

Ioannes nonus Romanus, papa sedit biennio. 901

Carolus simplex Francorum
Suatobogius penultimus Moraui
Taxis Vngarorum
Raymirus secundus Hispaniæ
} rex

Benedictus quartus Romanensis, papa centesimus uicesimus sedit annis tribus. 903

Beregarius primus Italiæ imperium occupat annis undecim. Hic orbis Hesperij usque ad Othonem primum facta est diuisio.

Leo quintus Ro. papa, sedit quadraginta diebus.

Christophorus, papa mensium septem. Hic pontificatu fuit eiectus. Huius & præcedentis patria ignoratur. 907

6106 Ludouicus quartus tertius ab alijs appellatus, filius Arnulphi, imperator Cæsar octogesimus quartus, regnat an. sex in Germania & Gallijs, tandem Veronæ uictus luminibus priuatur. 907

Hic à Gallis patri Surrogatus, à pontifice non probatur.

Sergius III Romanus, papa centesimus uigesimus tertius, sedit septem annis. 908

Gymnasium literarum uniuersale apud Oxonium in Anglia, ab Alfredo rege fundatur primum.

Ordo Cluniacensium monachorum sub regula S. 912
Benedicti hoc tempore cœpit.

6113 *Conradus Alemanus, à Germanis & Gallis* 914
Cæsar imperator eligitur, regnatq; annis septem Hunc nonnulli Hassiacum, alij Austriacum faciunt principem. Sepelitur in Fulda.

Anastasius Tertius Romanensis, papa sedit 915
biennio.

Lando Romanus, papa centesimus uigesimus 917
quintus, sedit sex menseis. Vel secundum Volaterranum annum unum menses. V.

Berengarius II regit Italiam quatuor annis.

Ioannes Decimus Romanensis, filius Sergij Ter- 917
tij Pontificis, papa sedit tredecim annis Romæ.

Rodulphus burgundus triennio Italiam regit.

Vrsus 3. Venetorum dux 39. 919

6120 *Hainricus Saxo, Anceps dictus, imperator Ger-* 921
manorum, decem & octo annis. Obijt in patria sua.

Hugo Arelatensis comes Italiam regit annos x

Anthropomorphitarum hæresis uiget.

Romanus lecapenus imper 46. Grecorum an. 25.

Ioannes alius, qui post superiorem Ioannem sacram inuasit sedem in pontificium ordinem non uenit, quia confestim inde deturbatus est.

Leo 6 Romanus papa sedit uix menseis septem.

Rodulphus Burgundus Galliæ, Ottruncius 4 Hispaniæ, Geysa Hungariæ, Gormo 3 Daniæ, Sturbiornus Suetiæ, Athelstanus 2 Angliæ — reges. 930

Stephanus 7 Romanensis, papa centesimus uigesimus & octauus biennio sedit. 931

Bohemi cum duce suo Spireneo fidem Christi suscipiunt primum.

Ludouicus 5 filius Caroli Simplicis Francorum trigesimus primus rex.

Lotharius imperat in Italia biennio. 933

Almanzor Saracenorum, Constantinus Scotorum — reges.

Ioannes 11 Romanensis, papa 4 annis sedit. 934

6138 Beregarius 3 imperat in Italia. annos. 11. 935

Otto Saxonum dux post parentem rex fit Germanorum ac imperator. annis 18. uel amplius antequam coronam imperij accipiat à pontifice. 939

Leo 7 Romanensis, papa centesimus ac trigesimus sedit annis tribus. 939

Anni mundi		Anni Christi
	Petrus Candianus dux. 20. *Venet.*	
	Petrus Vrsius dux. 21. *Venet.*	940
	Vdalricus et Conradus episcopi in Germania ful (*gent.*	941
	Stephanus 8 *Germanus papa sedit triennio.* Hic *primus Germanus natione, pontifex* Romæ *est creatus.*	942
	Romanus Iunior *Cōstantinopolis imperator.* 47 *annis* 13.	953
	Martinus 3 *Romanensis, papa tribus annis.*	945
	Petrus Candianus dux. 22. *Venet.*	947
6148	*Agapitus* 2 *Romanus, papa trigesimus tertius ac centesimus sedit annis nouem.*	949
	Ramirus 3 *Hispaniæ* / *Lotharius* 4 *Francorum* } *reges.*	
	Ioannes 12 *Romanensis, papa sedit ferè annis quinque. Statuit hic (scelestus aliàs homo) ut imperator* Romanorum *semper posthac à papa Romę coronaretur.* Hic *amens concliū aufugit ī Syluas.*	955
	Nicephorus Phocas quadragesimus octauus imperator Constantinopolis. post expulsos Basilicum & Iosephum cum matre eorum Anna, imperat an. 7. *mensibus.* 6.	965
	Nauarræ regnum in Hispania initium ab Eneco comite Bigorræ sumit.	961
	Benedictus quintus Romanus, papa duobus men (*sibus.*	961
	Leo 8 *Romanensis, papa trigesimus sextus supra centesimū, sedit annū sub Ioannis precedētis exilio.*	961

6160 Otto Magnus uniuersalis Augustus & Cæsar Romæ à papa declaratur. Sub hoc tituli imperiales à Romanis, Gallis & Longobardis ablati in Germaniam translati sunt. Hic cum regnasset annis ferè tredecim, subitanea decessit morte Madenburgi. Hic confirmauit donationem factam ecclesiæ à Ludouico pio. 961 Hic anceps est supputatio.

Petrus Candianus dux. 23. Venet. 964

Ioannes 13 Roma. papa ferè septam annis 965

S. Edmundus Angliæ rex.

Benedictus 6 Romanus, papa centesimus trigesimus octauus, sedit anno uno. 972

6168 Vngaria cum rege suo Stephano primum Christi fidem amplectitur. 972

Ioannes Zemisces imperator 49 Constantinopolitanus, Bulgariam uindicat à Roxolanis occupatam imperat an. 6, men. 6. 973

Donus secundus, Romanensis, papa sedit annum. 973

Petrus Orsiolus dux. 24. Venet. 973

Bonifacius 7 Romanus, papa centesimus quadragesimus sedit sex mensibus. 974

Benedictus 7 Roman. papa sedit octo annis. 974

Polonia ex duce primum regem habere incipit, Boleslaum. Alij tamen regionem hanc, anno primum 5077 in regnum esse sublimatum docent. 974

6173 Otto 2 Saxo filius Ottonis 1 imperator Romanorum & Germaniæ, regnat nouem, uel ut 974

ac Romę moritur.

Vitalis candianus. 2 5. dux Venet. 975

Tribonus M mo Dux. 26. Venet. 976

Basilius 2 Græcorum quinquagesimus impera- 979

tor cum fratre Constantino anno. 53.

Ioannes 14 Romanus papa trium mensium.

Ioannes 15 Roman. papa quatuor mensium 982

Ioannes 16 Romanensis, papa centesimus qua- 982

dragesimus quartus sedit decem annis.

Melcolinus Scotiæ
Cinandus Canciæ } reges.
Egdarus Angliæ

4184 Otto 3 Saxo Mirabilia mundi dictus, impera- 985

tor Germanorum & Romanorum octogesimus

nonus, cum regnasset post patrem annis decem,

octoq; Volat. 19 tandem Romæ intoxicatus

dicm supremum clausit. (claret.

Alpharabius Arabs philosophus & astronomus

Ludouicus 6 ultimus è Caroli seu Francorum 989

uera progenie Gallorum rex.

Garsias secundus rex Nauarræ.

Petrus Orselinus. Venet. 27. dux

Gregorius 5 Saxo, papa quadragesimusquin- 992

tus supra centesimum sedit biennio.

Hugo Capetus regnum Franciæ occupat pri- 992

mus è Gallorum gente. (cuntur.

Septem imperij Electores in Germania consti-

Anni mundi.		Anni Christi
	Ioannes 17 Græcus papa sedit decem mens.b.	
6194	Alphonsus quintus Hispaniæ rex.	995
	Petrus Vngariæ } reges Robertus Galliæ	
	Siluester II Gallus, papa sedit quatuor annis. Hic necromantiam artem exercuisse dicitur.	996
	Sanctus Cunto uel Kanutus IIII Daniæ, Noruegiæ, Suetiæ Gotiæ, Angliæ & Scotiæ rex solus.	
	Ioannes 15 Placentinus, papa centesimus quadragesimus octauus sedit quinque ferè mensibus.	1100
	Ioannes 19 Romanensis, papa sedit quatuor an.	1001
6202	Hainricus II Bauarus, cognomento Claudus 90 imperator, regnat annis 22 mensibus 5. secundum alios 20 an. secundum Volat. ante diadema susceptum an. 12 post 8. Et sanctus quod cœlibatum cum uxore duxerit habetur, decessit Babenbergæ. Hunc Henricum, secundum alij primum faciunt.	1003
	Sergius IIII Romanus, papa quinquagesimus supra centesimum sedit biennio.	1005
6206	Benedictus. viij. Tuscus, papa undecim an.	1007
	Othonus Orselinus dux, 28. Venet.	1008
	Castellæ in Hispania comites, hoc anno reges fiunt, primusque dicitur Ferdinandus.	1010
	Imperator Germanus cum Kunigunda uxore à papa primum Romæ coronatur.	1014
6215	Ramyrus quidam primus rex fit Arragonum in Hispania.	1016

Ordo Humiliatorum exordium habet.

Ioannes 20 Romanensis, papa sedit nouem annis. secundum Sabel. 11. 1017 1019

Heliprandus Agleriæ comes, primus fit Mediolani princeps. 1023

6223 Conradus II Sueuus 91 Romanorũ Cæsar, & secundus biennio post Henrici interitũ electus imperator Germaniæ regnat 15 annis. Nonnulli Francum fuisse contendunt. Obijt Traiecti. 1024

Petrus Gradonico Venet. dux. 29. 1027

Romanus Argyropolus Constantinopolitanus imperator 52 an. 5. menses. 6. 1030

Henricus Gallorum
Ferdinandus Hispaniæ
Garsias III Nauariæ
Andreas Vngariæ
Petrus Arragonum
Nicolaus Daniæ
Rudolphus ultimus Burgundiæ
} reges.

Benedictus. ix. Tusculanus, papa supra centesimũ, quinquagesimus tertius, sedit decennio. Hic pótificatũ uendidit, ut quidã dicũt si uera fama fuit. 1031

Vrsius. 4. dux. 30. Venet. 1031

Dominicus Vrsiolus dux. 31. Venet. 1031

Dominicus Gradonico. 32. dux Venet. 1031

Cápanus philosophus et mathematicus ĩsignis claret.

Ordo Camaldulensium monachorum oritur. 1038

Huius tamen ordinis ortum sub Ottone.II. Sabellicus reponit.

6238 Heinricus III Pius cognomine Conradi praecedentis filius imperator nonagesimus secundus annis decem & septem, mensibusque septem. 1039

Hic Romae conuentū habuit in quo Benedictum, qui pontificatum uendidit, Gregorium, qui emit, Siluestrum, qui largitione incestauit, tanquam tria monstra auersatus coegit se dignitate abdicare.

Hunc alij comitem de Kalb, & Conradi Caesaris generum: nonnulli Francum, quidam autem Bauarum fuisse asserunt. Moritur quadragenarius in Bothfelden Saxoniae.

Michaël Paphlagon Constantinopolis imperator 53 an.7.men.8. 1037

Siluester III Romanensis, papa quadraginta diebus. Hic largitione pontificatum incestauit. 1040

Gregorius.vi. Spoletanus, papa quinquagesimus quintus & centesimus, sedit annis duobus. Hic sedem Petri emisse dicebatur, si uera fama fuit. Vide Platina. 1040

Clemens II Bambergensis, papa depositis tribus prioribus fit, ac sedit nouem mensibus tantum. 1042

Dominicus Contareno dux.33. Venet. 1043

Hic anceps est supputatio ob uariam praecedentium pontificum transmutationem.

Damasus II Bauarus papa uiginti tribus diebus. 1047

6248 Leo 19 Alemannus, papa centesimus quinquagesimus octauus, sedit quinquennio. 1049

Concilium Vercellis contra Berengarium de eucharistia differentem celebratur.

Zoë uidua Constantinopolis imperatrix. cum Michaël Chalaphate paruo tempore. v3. m. 4. 1044

Sadock primus Turcarum dominus. 1051

Hermannus contractus, comes à Verigen monachus S. Galli doctissimus floret.

Victor II Bauarus, papa sedit biennio. 1054

Hic synodum Florentiae habuit.

6256 Hainrichus IIII post patrem imperator Germanorum ordine nonagesimus tertius Romanorum Caesar, regnat clarissime quadraginta nouem an. secundum alios 50. inuitus pontificibus Romanis, ac tandem à filio Leodij in carcere detentus ex animi moerore perijt. 1057

Stephanus IX Lottharingus, papa centesimus sexagesimus sedit septem mensibus. 1057

Hic Mediolanensem ecclesiam ad obsequium Romanae retraxit à qua ducentis ferè annis se subtraxerat. non sine magno fidei detrimento.

S. Ladulaus Vngariae
S. Eduardus Angliae
Misco Poloniae
Demetrius Rutenorum
reges

Constantinus Monomachus imperator 55 Grae 1044

cœrum, quem Zoë prædicta uirum tertium habuit, quæ post uirum secundum annos 12. men. 8. imperat partim u dua partim huic iuncta. 1057
Post hanc Theodora regit b ennio. 1059
Michaël post hanc breuissimo tempore. y3. m. 11. 1058
Benedictus. x. Velitermus, papa nouem menses. 1058
Nicolaus II Sabaudiensis, papa sexagesimus secundus supra centesimum, sedit tribus annis.
Concilium hic primo. Sutrij deinde apud Lateranum habuit, ac papam à Solis. Cardinalibus eligendum decreuit.
6258 Isacius Angelus aliàs Cõnenus, Rom. a patritius imperator 57 Cõstãtinopolitanus fortissimus, qui tandẽ monachus fit an. 2. uel 4 secundum alios. 1059
Philippus Franciæ rex.
Ferdinandus rex Hispaniarum primus Castellæ & Legionis regna iunxit. 1062
Alexander II Mediolan. papa sedit annis 11. Vetuit hic, ne quis clericus ecclesiastica beneficia à laico acciperet contra imperatorem, qui Cadolum Parmensem præsulem pauloante in comitijs Basileæ Romanus pontificem designauerat, à Cisalpinæ Galliæ clero electum qui postea in Concilio Mantuano dignitate se abdicauit.
Dogrissa secundus Turcarum dux.
Constantinus Angelus Isatij filius, aliàs Ducas Imperator 58 Græcorum annis. 7. mensibus sex.

Anni mundi.		Anni Christi
	Petrus Damianus doctos, Serapion, Isaac, &	
	Albaterius medici Arabes florent.	1061
	Dominicus Seluo dux. 34. Venet.	1068
	Ordo monachorum Vallu umbrosæ incipit.	1070
	Eudotia uidua imperat. mensibus septem.	1070
	Romanus Diogenes uir secundus Eudotiæ impe	1071
	ratricis, imper. Græ. 59. regnat annis. 3. mensi=	
	bus. 8. & à Michaele luminibus priuatur.	
5272	Gregorius. vij. antea Hildebrandus Socnensis ar	1073
	chidiaconus pius & doctus, papa centesimus se=	
	xagesimus quartus, sedit 11 alij 12 annis ac gra	
	uissimas cum imperatore inimicitias gessit, ut eccle	
	siæ libertatem tueretur et iurisdictionē &c. Pro=	
	hibuit hic sacrificulis & concubinas & uxores,	
	mandauitq́; ne sabbatis carnes Christiani ederent.	
	Michael Angelus, aliàs Parapinatius imperator	1074
	60 Consti. regnat annis. 2. mensibus. 6.	
	Grandimontensium monachorum ordo inchoatur.	1076
	Nicephorus Botaniates imperator 61 Constanti=	1077
	nop. regnat annis quatuor, & monachus fit.	
	Haraldus 7 Daniæ }	
	Zolomerus Dalmatiæ } reges.	
	Vuilhelmus Angliæ }	
	Sanctius 2 Hispaniarū } (dotio rex fit Vng.	
	Colomannus Vardinēsis episcopus spreto sacer=	
	Ordo Canonicorum regularium exordium habet.	1080
	Alexius Angelus aliàs Comnenus imperator 62	1081

Anni mundi.		Anni Christi
	Constantin. regnat, annis. 37. mensibus. 4.	
	Vitalis Faletro dux. 35. Venet.	1082
	Victor tertius Romanus, papa uno anno sedit.	1085
6285	Bruno Coloniensis Carthusiensium ordinem in Gallia primum auspicatur.	1086
	Sygebertus Geblacensis monachus, Razes Poenus medicus florent.	
	Vrbanus II Romanus, papa 66 supra centesimũ sedit 13 annis. Execrationem Gregorij contra imperatorem & Gibertum hic confirmat.	1087
6293	Concilium Claromontanum in Auernia de recuperãda terra sancta celebratur, à Petro Coelestino.	1094
	Vitalis Michael dux. 36. Venet.	1095
	Belchiarock Turcarũ dominus. (nardus claruit.	
	Ordo Cistert. in Burgũdia excitatur, in quo Ber-	1098
	Ordelafus Faletro dux. 37. Venet.	1098
6268	Gottfridus de Bulion recepta Hierosolyma primus rex ibidem à Christianis efficitur.	1099
	Paschalis secundus ex Flaminia, papa sedit decem & octo annis. Excommunicauit hic quoque impium imperatorem. Hic accepta de more corona aduersus Gilbertum antipapam arma parat. Quo haud multo post subita morte consumpto, tres subinde pontificis nomen usurpare praesumentes Albertus Attellanus Theodoricus quidam, & Magnulphus breui admodũ tempore dilabuntur.	1100
	Balduinus rex Hierosolymitanus secundus.	

Anselmus Cantuariensis episcopus & doctor
Iuo Canonum interpretes clarent. 1102

6306 Heinrichus.V.filius quarti, imperator Romanorũ et Germanorũ, nonagesimus quintus Cæsar r gnat annis. 20. deinde moritur orbus Traiecti. 1107

Ludouicus Grossus Francorum
Petrus Dalmatiæ
Stephanus secundus Vngariæ } reges.
Henricus primus Angliæ
Henricus alter Scotiæ

6309 Portugallia cœpit esse regnum, quod primo Alphonsus deuictis Saracenis gubernat. 1110

Papa Concilium Lateranum celebrat, in quo rescidit omnia quæ de sacerdotijs & ecclesijs largitione collata ab Henrico coactus probasset. 1112

Fuerat enim prius ab hoc Scelesto imperatore Romæ cum cardinalibus captus, & ad Soracte tandiu sub custodia distentus, quoad antistites ab eo constitutos suo comprobaret assensu.

Dominicus Michael dux. 38. Venet. 1117

Ioannes Angelus, aliàs Caloiohannes Comnenus Constantinopolis imperator. 63. qui Turcas & Persas deuicit an. 25. regnat men. 8. 1118

Gelasius secundus Caietanus, papa sexagesimus octauus supra centesimum sedit biennio ferè. 11 8

Hunc Cincius Romanus in uincula coniicit.

Balduinus secundus Hierosolymis tertius rex.

Calixtus

Calixtus 2 Burgundus, papa sedit 5 annis. Hic
6319 Gregorium antipapam in cœnobiũ relegat concilium 1120
leteranum celebrat ac demum episcoporum cœrfir
mationem omnino Cæsari ac Germaniæ eripuit.
Præmostratensis ordo pullulat primum. 1120
Gosa rex Saracenorum in Africa.
Factio Templariorum apud Hierusalem oritur. 1122
Bernardus Clareuallensis abbas, Rupertus
Tuicensis, Hugoq; Parisiensis florent.
Honorius II Forocorneliensis, papa cẽtesimus sep 1126
tuagesimus sedit quinq; annis. Neapolitani et Si
ciliarum regni principiũ in Italia Rugerius facit.
6326 Lutharius secundus siue Lutherus Saxo impera- 1127
tor Augustus nonagesimus sextus, regnat annis
undecim, ac Veronæ expestilentia decessit.
Petrus Pollani dux 39 Venet. 1128
Innocentius secundus Romanensis, papa sedit 1131
14 annis quidam 13 scribunt. Percussorem sacrifi
culi hic primus excõmunicandum sancyt, et hoc in
Laterano conuentu. Alterũ enim habuerat ad Cla
romontẽ in quo Anacletũ damnarat antipapam.
Fulco quartus rex ad Hierosolymam.
Ludouicus 8 post patrẽ eiusdem nominis Gal. rex 1131
Richardus de S. Victore doctor floret.
Alphonsus octauus post Viracem Hispaniæ rex.
Conradus 3 Sueuus, Hainrici 5 nepos ac Bauа-
riæ dux, Romanorũ et Germanorũ nonagesimus 1128

ſeptimus Cęſar. Imperat 15 annis. Obijt ī Germa
nia. Ferūt nonnulli hūc fratrē eſſe Hainrici quinti
Balduinus tertius Hieroſolymitanorum 5 rex. 1141
Sueno quartus Daniæ
Stephanus Angliæ } rex.
Sanctius Portugalliæ 2.
Manuel Angelus imperator 64 Conſtantinopolis 1143
ſceleratus, an. 38. Hic Conrado in expeditionem
terræ ſanctæ proficiſcenti, ſubſidium dare ſimu-
lans, gypſum farinæ, admiſcet.
Cœleſtinus 2 Tifernes papa quinque, menſium 1144
Lucius ſecundus Bononienſis, papa centeſimus ſe 1144
ptuageſimus tertius, ſedit menſes undecim.
6344 Eugenius tertius Piſanus, papa octo annis. 1145
Gratianus monachus Decretorum compilator, Pe
trus Lombardus magiſter ſententiarum. Petrus
Dominicus Mauroceno dux. 40. Venet. 1146
Commeſtor hiſtoriæ, eccleſiaſticæ author, Auicen
na Hyſpalenſis medicus, Auerrois commentator
& philoſophus impius florent.
Guilhelmus poſt patrem ſecundus Siciliarum rex.
Anaſtaſius quartus Romanenſis, papa ſeptuage 1153
ſimus quintus ſupra centeſimum ſedit biennio.
Vitalis Michael dux. 41. Venet. 1153
Thomas Cantuarienſis epiſcopus & martyr ſub
Henrico ſecundo Angliæ & Scotiæ rege.
Fridericus Sueuus, cognomento Barbaroſſa, poſt

patruū imp. 98, regnat 27. annis. ošlonien. augu
6352 stissimus tandē in Armenia suffocatus est anno. 1153
Adrianus 4 Anglus, papa quinquennio ferè. 1155
Vualdensium seu pauperum de Lugduno dogma
hoc tempore plurimi sequuntur.
Ioachim magnus abbas, Calaber propheta, item
& Petrus Blesensis florent.
6355 Bohemiæ ducatus regnum ab imperatore fit, suscepitq; dignitatem eam Vratislaus primo. Alij id anno domini 1086 factum autumant. 1156
Alexāder 3 Senensis, papa sedit 21 annis. Hic imperatorem excōmunicando urbe pellitur, satis tamen superbe collū Cæsaris Venetijs pressit post modū. Antipapas 4, aduersantes hic habuit Victorem 1 Paschalē postea 3 Callistū, postremo Innocētiū. Duo Cōcilia habuit Claromūtanū et Lateranū. 1160
Sebastianus Zieno dux 42. Venet. 1173
Guilhelmus secundus Siciliarū tertius rex.
Carolus Suetiorum rex.
Almerichus Hierosolymis sextus rex.
Syracenus siue Xaracon primus Aegypti obtruncato Calipha Sultanus fit.
Laurus Maripetro dux. 43 Venet. 1178
6377 Balduinus 4 rex Hierosolymorum septimus. 1178
Philippus secundus Franciæ
Richardus Angliæ.
Valdimarus Daniæ.

Bela tertius Vngariæ
Caymus Dalmatiæ
Alphonsus nonus Hispaniæ. } reges
Alphonsus secundus Portugaliæ tertius.
Sobieslaus Bohemiæ secundus.

6380 Alexius Angelus Manuelis filius Impera. 65. regnat annis. 3. ab Andronico necatur 1181

Ordo Vuilhelmitarum monachorum incipit.

Lucius tertius Lucensis, papa septuagesimus octauus supra centesimum, sedit annis quatuor. 1182

Hierusalē et Syria à Saladino secundo Aegyptiorū Sultano capitur sub Guidōe octauo rege ibidē. 1184

Andronicus Angelus Imperator. 66. Constan. regnat annis. 2 à turba perimitur. 1184

Vrbanus 3 Mediolanensis, papa biennio est. 1186

Isacius Angelus 2. Grę imper. 67. Cōst. annis. 13 et ab Alexio Germano imper. oculisq; priuatur. 1186

Liuonia ad Christi fidem conuertitur primum.

Gregorius. 8. Beneuentanus, papa centesimus octogesimus, sedit quinquaginta septem diebus. 1188

6389 Clemens 3 Rom. papa duobus annis sedit. 1188

Hainricus sextus Sueuus Siciliæ rex filius Friderichi ĩperatoris Augustus Cęsar nonagesimus nonus, regnat decennio, et obijt intoxicatus Messanę. 1190

Cælestinus 3 Romanus, papa sedit annis sex. 1191

Teuthonici dñi ab Enrico Valpoten Hierosolymis contra infideles pugnaturi primum conscribuntur 1191

mundi. Henricus Dandulo dux.44.Venet. Christi

6394 Cyprus insula regnum esse ab Anglis incipit. 1192

Ordo Cruciferorum in Italia exordium habet. 1195

Innocentius III Anagninus, papa centesimus octo 1197
gesimus tertius, sedit annis 18. Hic Lateranense 1198
Concilium celebrauit. Almericum hereticum dicen
tem ideas in mente diuina creare, ac creari, crema
ri apud Parisium mandauit. Confessionem &
communionem in paschate sub praecepto statuit.

Alexius angelus Isatij frater, imp. Cōst.68.an.2. 1199

Azo & Accursius iuris periti florent.

6399 Philippus II Sueuus, Hetruriae dux, frater Hain 1200
richi praecedentis imperator centesimus regnat 9
an. bellicosissime, ac tandem Bambergae occiditur.

Alexius Isatij Angeli filius Constant. imper. 69. 1201
fauentibus Gallis ac Pannonijs pro matrem atque
uxorem, ope Venereorum praestita beneficij ab
Isatio patre accepti Alexium patruum expulit,
mortuoq; patre breuissimo tempore regnat, atq; à
Murziphlo milite fraude occiditur.

Balduinus Flandrensis comes transtulit regnum 1202
Constantinopolitanū in Gallos. Successoreq; ha-
buit ex latinis annos fere.40. Hic patriarchā Cō
stantinopolitanū Rom. Pont. nunc primū subiecit.

Saxo Grammaticus Sialandensis floret.

David Persa, uel Changius, siue Guyscan primus 1203
Tartarorum Caesar fit.

Anni mundi		Anni Christi
	Henricus post fratrē 2. ex Gallis Græc. imp. 71.	
	Petrus Zeno dux. 45. Venet. (annis. 11.	1203
	Primislaus Bohemiæ tertius rex.	1204
	Dominicus Calaguritanus, et Franciscus Assisias magna sanctitate clarent. Hi primi duos mendicantiū ordines instituerūt. Hic eum qui dicitur minorū, ille quem prædicatorū uocant erexit. Vtrūq; non multo post Honorius 3 approbat, Prædicatoriū quidē anno Salutis 1216 Mineritanū 1223.	1206
6408	Otto 4 Brunsuicensis imperator centesimus primus Romanorum & Germaniæ, cum regnasset annis 4 moritur in Saxonia. Concilium Lateranū celebratur in quo papa Decretales suas edit.	1209
	Almaricus hæreticus uiget.	1210
6412	Fridericus 2 Henrici 6 filius, secundus & centesimus Cæsar, regnat annis triginta duobus: è quibus undecim anathema papæ perpetuo sustinuit. Tandem in Sicilia dolo si ynethi sublatus est	1213
	Petrus Altisidorensis ex Gallijs tertius, imperator Constantinopolis. 72. annis. 14. men. 8	1214
